



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

Reverendissimo In Christo Patri Et Domino, D. Balthasari Abbati Et Principi  
Fvldensi D. Augustæ Archicancellario, per Germaniam & Galliam Primati,  
Domino ac Principi clementissimo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

# REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI ET

DOMINO, D. BALTHASARI AB-

BATI ET PRINCIPI FULDENSI D.

Augustæ Archicancellario, per Germaniam

& Galliam Primate, Domino ac Prin-

cipi clementissimo.



INTER summa beneficia. Reue-

rendissime & Illustrissime Prin-

ceps, decus & ornamentum Or-

dinis nostri, qui à D. Benedicto

nomen habemus, id semper re-

tuli renunciasse seculo, & solius DEI,

quem propter beneficia Optimum, propter

vim verò Maximum nominamus, iucun-

dissima contemplatione perfrui. Quibus enim

hæc beatitas euenit, dicere possunt cum Dau-

de. Renuit consolari anima mea, memor fui

Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, &

defecit spiritus meus. Qua fruitione sic homo

in Deum rapitur, vt contabescat videns quàm

plurimos terrenarum rerum cupiditate irre-

titos, animum mentemq; à Deo summo bono

abducere, & sese ad res ortui interituiq; ob-

noxias transferre. Sic zelauit David super ini-

quos pacem peccatorum videns. Zelo, inquit

Elias, zelatus sum pro Domino Deo exerci-

tuum, quia dereliquerunt pactum Domini

filij Israël: altaria tua Domine destruxerunt,

& prophetas tuos occiderunt gladio, & dere-

li-

† 2

lius

*Fruitione Dei*

*Psal. 76. 4.*

*ze'us Dei.*

*Psa. 72. 3.*

*3. Reg. 19. 10*

P R Æ F A T I O .

*Num. 25. 13.*  
*1. Mach. 2.*  
*28. 54.*  
*Jer. 2. 12.*  
*Animarum*  
*lucrum.*  
*Gen. 15. 1.*  
*Dan. 11. 3.*

lictus sum ego solus , & quærunt animam  
 meam. Sic Phinees filius Eleazari zelo zela-  
 tus est pro domo Dei , & expiauit scelus fi-  
 liorum Israël , & accepit pactum & testamen-  
 tum sacerdotij æterni. Sic Ieremias simili ze-  
 lo incitatus. Obstupescite, inquit, cæli super  
 hoc , & portæ eius desolamini vehementer di-  
 cit Dominus. Duo enim mala fecit populus  
 meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ,  
 & foderunt sibi cisternas , cisternas dissipatas,  
 quæ continere non valent aquas. Huiusmo-  
 di verò degeneres animos, gentem peccatri-  
 cem, populum graui iniquitate , semina ne-  
 quam , filios sceleratos, qui apud Isaiam, dere-  
 liquerunt Dominum & blasphemauerunt san-  
 ctum Israël , ab alienati sunt retrorsum ad de-  
 uia itinera, quorum nouissima inferno reser-  
 uantur, ad viam veritatis reuocare , & ex a-  
 pertis luporum rapacium insidijs ereptam o-  
 uem perditam ad ouile reducere , & vero pa-  
 stori consignare, maximi profectò est meriti  
 apud eum , qui merces est nostra magna ni-  
 mis. Hoc ipsum fulgor eorum, qui ad iusti-  
 tiam erudierint multos, perpetua iustitiæ co-  
 rona, supernæ vocationis brauium , & tan-  
 dem cælestium spirituum congratulatio satis  
 superq; edocet. Hæc animarum Deo lucrifi-  
 ciendarum in Ecclesia Dei contentio , &  
 pius conatus inter ceteros ordines ab anno  
 Christi plus minus 530. reddidit ordinem &  
 familiam

PRÆFATIO:

familiã nostrã sub regula D. Benedicti militã *Benedictini*  
tem (quod pace & venia cæterorum pientissi *Ordinis ce-*  
morum Ordinum dixerim) in toto Occiden *lebritas.*  
te celebrem. Quo factum est, vt vsq; ad no  
stra tempora, vt probat R. D. Arnoldus Vion  
in ligno vitæ lib. 2. S. Patris nostri Benedicti,  
summi Pontifices, quibus Deus statuit sacer  
dotium magnum & beatificauit eos in gloria, *Eccl. 45.8.*  
numerati sint viginti quinq;. Ad proximam  
verò dignitatem & purpureum senatum, ve  
lut cardines orbis terræ & Ecclesiæ Catholicæ,  
adsciti monachi huius ordinis, Cardinales du  
centi, Patriarchæ, Antiocheni vnus, Con  
stantinopolitani quadraginta quatuor, Hie  
rosolymitani quinq;, Gradensis vnus, Indiæ  
Occidentalis, de quo postea, vnus, qui faciunt  
quinquaginta duo, Archiepiscopi mille sex  
centi, Episcopi vsq; ad concilium Constan  
tense ter mille quingenti duodecim. Demũ  
temporibus Ioannis Papæ XXII. ex annalibus  
summorum Pontificum & historijs veterum  
reperi sunt ab eodem Pontifice monachi no  
stri Ordinis Sanctorum catalogo inscripti  
quindecim millia quingenti quinquaginta no  
uem, præter eos, qui postmodum sunt in nu  
merum eorum relati, & eos, quorum sancti  
tatis gloria soli Deo cognita. Numerus au  
tem monasteriorum, exceptis Præposituris  
& Prioratibus & cœnobijs monialium vltra  
quindecim millia excreuerat.

† 3

Huius

PRÆFATIO.

*Benedictus.*

*l. 2. dialog.  
cap. 8.*

Huius sacrae militiæ signifer, dux & facile princeps D. Benedictus: ex antiquissima & celeberrima (vnde & nostri Romani Imperatores & Hispaniarum Rex generis & stirpis suæ seriem deducit) Aniciorum familia. Qui cum nobilissimum suum sanguinem, ieiunijs & abstinentijs, vigilijs & oratione à floridæ iuuentutis initijs, Deo & posteris reddidisset nobiliorem, animum adiecit ad Christianam fidem indies magis magisque propagandam. Cum enim duodecim Monasteria construxerat, diuino ad se facto oraculo duobus angelis comitantibus, Casinum ascendit. De quo ita D. Gregorius: Castrum quod Casinum dicitur in excelsi montis latere situm est, qui videlicet mons distento sinu, hoc idem castrum recipit, sed per tria millia passuum in altum se subrigens, velut ad aera cacumen tendit, vbi vetustissimum phanum fuit, in quo ex antiquorum more gentilium à stulto rusticorum populo Apollo colebatur. Circumquaque etiam in cultu demonum luci succreuerant, in quibus adhuc eodem tempore infidelium infana multitudo sacrificijs sacrilegis insudabat. Illuc itaque vir Dei perueniens contriuit idolum, subuertit aram, succendit lucos, atque in ipso templo Apollinis, oraculum B. Martini, vbi verò ara Apollinis fuit, oraculum S. Iohannis construxit, & commorantem circumquaque multitudinem prædicatione continua ad fidem

PRÆFATIO.

dem vocabat. Hic tandem sanctitate plenus  
migravit ad Dominum anno Christi 542.  
ætatis sexagesimo secundo, in vigilia Pa-  
scha. Casinentis verò Monasterij laudes sic  
quidam vir religiosus carmine elegiaco com-  
plexus est.

Casini la-  
des.

*Hæc est illa domus montis veneranda Casini,*

*Vnde iter ad superos lactea plaga capit.*

*Hæc est illa domus, hæc est illa inclyta sedes,*

*Terra ingens, calis proxima, grata Deo.*

*Hæc est illa domus, qua sanctior altera non est,*

*Angelici reparans agmina lapsa chori,*

*Humana speculum vite, virtutis alumna,*

*Hæc est mortales, quæ facit esse Deos.*

Quem inter summos Romanos Pontifi-  
ces ex Ordine nostro monachus, Gregorius  
ille, doctrina & vitæ sanctitate verè Magnus,  
non adumbratis, sed expressis virtutum ma-  
ximarum signis & argumentis feliciter con-  
secutus est: qui & D. Augustinum Ordinis  
nostri lumen cum quatuor socijs Roma ad lō-  
gè disitam Anglorum nationem amandavit,  
vt prædicaret ante faciem Domini sacramen-  
tum pœnitentiæ omni populo. Hos infiniti  
alij secuti, qui in eo toti fuerunt, ne lucerna  
veri Euangelij sub scâno aut modio latitaret,  
sed radios sinceræ fidei vsquequaq; diffunde-  
ret, quorum non secus ac Apostolorum in  
primitiua Ecclesia sonus in omnem penè ter-  
ram sese diffudit. Sic, vt ad Germaniam

Gregorius  
Magnus.

† 4 & Ale-

PRÆFATIO.

S. Bonifa-  
cius Archie-  
piscopus &  
martyr.  
Eccles. 49.  
l. 2.

& Alemaniam nostram veniamus, à Grego-  
rio secundo Pontifice maximo, quem & no-  
stri ordinis fuisse tradidit D. Arnoldus Vion  
lib. 5. ligni vitæ, D. Bonifacius directus est, vt  
olim Iosias Rex Iuda, diuinitus in pœnitentiã  
gentis, & tulit abominationes impietatis,  
& gubernauit ad Dominum cor eius, & in die-  
bus peccatorum corroborauit pietatem. Hic  
cùm monachum ageret Vvinifridi nomen ha-  
buit, dum verò in nostræ gentis maioribus  
conuertendis insignem operam posuisset in-  
dustrij, & fidem præstitisset pij, & pruden-  
tiam adhibuisset doctissimi viri, tandem ob  
res benè & præclarè gestas Bonifacij nomen  
apud omnes consecutus est. Hic euulsis è cor-  
dibus Germanorum Gentilitatis execrandis  
ritibus, Christi in crucem acti radices altiùs  
in illorum mentibus ad sempiternam viri san-  
ctissimi & Ordinis nostri memoriam defixit.  
Dignus certè habitus, qui primus sacram il-  
lam sedis & Cathedræ Moguntinæ dignita-  
tem, quæ Episcopalis priùs fuerat, Archiepi-  
scopali titulo, & infula, cruce, & pallio fulci-  
ret. Cui iam antehac emeritum eiusdem Ca-  
thedralis Ecclesiæ Decanum Reuerendissi-  
mum & Illustrissimum D. Suibertum à Cro-  
nenberg B. Bonifacij Successorem, Antisti-  
tem, Archiepiscopum & S. Romani imperij  
Electorem tota nostra sibi gratulatur, cum  
Reuerendissimo & Illustrissimo Principe, Pa-  
derbor-

D. Suiber-  
tus à Cro-  
nenberg Ar-  
chiep. M<sup>o</sup>  
Moguntinus

PRÆFATIO.

derbornensis Ecclesia. Hic noster D. Bonifacius rebus feliciter constitutis, Turingis etiam & Hassis per eum ad fidem conuersis, Frisiam Orientalem petijt, vbi dum plurimum operis & sudoris collocat in fide Christi dilatanda anno 754. Nonis Iunij cum 52. socijs monachis Ordinis nostri, martyrij laurea decoratus, cuius venerandas reliquias Fuldenfis Ecclesia, vt sanctissimum thesaurum continet. De quo sic Poëta:

D. Bonifacius martyrio afficitur

*Quin se religio multum debere Britannis  
Sernata & late circum dispersa fatetur?  
Quis nomē Vvini fride tuū, quis munera nesciū?  
Te duce Germanis pietas, se vera fidesq̄,  
Insinuans, cœpit ritus abolere prophanos.*

Cuius mortem Alcuinus Anglus Doctor & monachus nostri Ordinis & Caroli Magni Imperatoris Magister præclaro carmine profecutus est, apud D. Vion. Sic noster apud Francos D. Kilianus, Episcopus Herbipolensis gentem illam ad ouile Christi pertraxit, qui cum à Geilana, altera Herodiade, quàm Gofbertus Franciæ Orientalis Dux fratris sui vxorem sibi sumpserat, diuortium Duci suaferat, per eam vna cum tribus monachis nostris trucidatus est. De quo Burchardus monachus Benedictinus & Episcopus Herbipolensis huiusmodi Epitaphium sepulchro eius adiunxit.

Ligni vite,  
lib. 3.  
D. Kilianus  
Episcopus  
& martyr.

† s

*Hi sunt*



P R Æ F A T I O.

*Hi sunt Herbispolis, qui te docuere Magistri,  
Qua verum coleres religionem Deum.  
Impia, quos tandem iussit Geilana necari,  
Calauitq; sub hunc corpora casa locum.  
Ne turpi sine laude situ defossa iacerent  
Corpora Burchardus sub monumenta locat.*

*Primi Ordinis in Germania Apostoli & Martyres.*

Quin & S. Euualdus Benedictinæ professionis antiquæ Saxonie primus Apostolus, vt D. Lâbertus Taxandriæ, B. Stephanus Episcopus Sueuie & Helsingie. D. Vicepetrus Frisiorum, S. Albo Vasconum, S. Adalbertus Bohemie, Vngarie, Rusie, Polonie, vt & Polonie S. Benedictus Episcopus Hunnorum verò & Silanorum D. Bonifacius Episcopus: S. Gerardus Hungarorum & Pannonie. S. Brunus Prusorum & Litanorum. Qui omnes in album

*Apoc. 7. 14.*

*Confessores*

Benedictinæ familie conscripti dealbantes stolas suas, in sanguine Agni, venientes de magna tribulatione, palmam martyrij consecuti sunt. His adiungendi, qui martyrij corona non sunt donati. S. Augustinus Episcopus, Anglie Apostolus, S. Chillenus Atrabatenfium, S. Vvilibrordus regni Frisie, vt & S. Vulfrannus, S. Amandus Episcopus Brabantie, Flandrie, Sclauorum & Vasconum. S. Vvilfridus Episcopus Hollandie, S. Villehodus Episcopus, Franconie Apostolus secundus, S. Cunibertus Episcopus Frisiorum, Hollandorum & Saxonum. S. Anlgarius Sueuorum, Gothorum, Danorum & Aquilonarium

PRÆFATIO.

rum partium magnus Apostolus. S. Ludger<sup>o</sup>  
Episcopus Frisonum Orientalium & Episco-  
pus Monasterientis. S. Vicelinus Episcopus  
Vandalorum & Silanorū, S. Lebuinus Episc.  
Trantiselanorum, S. Vuimo Episcopus A-  
quilonarium, S. Otto Episcopus Pomerano-  
rū, & hi omnes Benedictini. & excepto S. Vul-  
fraño. Episcopali titulo & dignitate insignes.  
Neq; hinc finem statuit charitas in Deū & pro-  
ximū sanctissimi Ordinis nostri, & alios ad viā  
veritatis ac salutis reducendi, ardens desideriu  
& studium. Non enim suffecerat hisce nostræ  
religionis principibus & ducibus, Europam,  
Asiam & Africam peragrassè, inibiq; semina  
diuini verbi sparsisse, & in iisdem fide, cum  
sanctis ceteris, quos D. Paulus in Epistola ad *Heb. 11.*  
Hebræos recenset, in solitudinibus, monti-  
bus, speluncis & cauernis terræ oberrasse,  
Iudibria, flagella, & verbera, insuper & vin-  
cula, carceres, compedes & manicas ferreas  
expertos fuisse, lapidibus obrutos, laqueo  
suffocatos, gladio dissectos, igne & flammis  
absumptos, & in catastris varijs ac exquisitis-  
simis tormentorum generibus dilaniatos  
& excruciatos. Quid ergo? Vt DEVS in-  
dubitatis argumentis toti mundo prode-  
ret, quale & quàm insigne vas electio-  
nis esset cor Benedictinorum, & quàm  
ingens locus possessionis eorum, & vt Gen-  
tes, quæ non nouerant Deum semen Diui  
Bene

PRÆFATIO.

Lib. 5. Li-  
gni vitæ  
Benedictini  
mittuntur in  
Indiam quo-  
rum primus  
D. Bueillus.

America.

Benedicti hæreditaret, & ciuitates desertas in-  
habitaret, hîc noluit figi terminum legatio-  
nis ipsorum, ne esset finis acquisitionis eo-  
rum. Eos ergo in primitias Indorum, ne laus  
hæc, quæ soli huic Ordini à Deo debebatur,  
vt inquit Arnoldus Vion, illi ab vlllo Ordine  
Ecclesiastico præriperetur. Hinc D. Bueillus  
Benedictinæ familiæ monachus ab Alexan-  
dro VI. ob singularé vitæ sanctitatem, & ad-  
mirabilem doctrinam, primus nouus noui  
orbis Apostolus apud Antipodas quam or-  
bis plagam nemini harum nationum peruiam  
permulti arbitrabantur, electus, & India-  
rum Archiepiscopus & Patriarcha & Vicarius  
summi Romani Pontificis Indiæ Occidentalis  
consecratus fuit. Hæc natio Indico nomine  
PERV & ab Americo Vesputio Florentino,  
qui quatuor nauigationibus eam aperuit, A-  
merica quarta orbis pars apud Antipodas sita  
scribitur. D. ergo Bueillus adiunctis sibi  
duodecim sacerdotibus nostri Ordinis bene-  
dictione Pontificali percepta, anno 1493. 25.  
mensis Septembris ex Hispania in Indiam cum  
sacro Euangelij Thesauro opulentissimus  
mercator discessit, æternæ Sapientiæ indefes-  
sus & strenuus athleta, nec non iubar Indicum,  
vt dicere potuerit cum æterna Sapientia; Pe-  
netrabo omnes inferiores partes terræ & in-  
spiciam omnes dormientes & illuminabo  
omnes sperantes in Domino. Felix ille cæte-  
rorum

P R Æ F A T I O.

terorum pugilum Christi in India dux & princeps, qui primam glaciem fregit ijs, qui vel D. Dominici vel D. Francisci gaudēt instituto, aut Societatis Ies v legibus diriguntur, & primos hos diuini Euangelij præcones inibi postmodum consecuti. Magis ad eam legationem expediti, quam noui, & ante octoginta annos inauditi Euangelij præcones, quos vel vini, vel carnis, vel æris, aut nummorum inibi penuria, vel certè filiorum aut filiarum cura, focerum & generum frequens caterua, & legitimæ missionis demonstratio, à tam vario & diuturno itinerum discrimine hætenus retardarunt. Testes huius primi Apostolatus sunt ex præcipuis Petrus Cieza Legiouésis in secunda parte historiarum Indicarum, vulgò, de Peru inscriptarum. Fumus in historia Gallica Indiarum Occidentalium, lib. 1. cap. 2. Gonsalvus Ferdinandus Ouetensis in historia sua noua generali noui orbis lib. 2. cap. 8. Verba recenset Arnoldus Vion loco citato.

Quid iam dicam de ijs, qui hæreses postmodum obortas per orbem terrarum quasi *Hæreses* mallei quidam contriuerunt? Sic S. Leander *profliguntur* Episcopus, Visigothos in Hispania ab Arria *in varijs nationibus à* nismo ad fidem Catholicam reduxit. D. Pa *Benedicti-* schafius Abbas de futuris circa sacræ Euchari *nis.* stia sacramentum hæresibus scriptor, doctrinam suam quasi Prophetiam effudit. D. Guido

PRÆFATIO.

do Abbas hæresin Berengariorum expugna-  
uit. S. Katherius Antropomorphitarum hæ-  
resis extirpator extitit, & contra eandem  
scriptor. Sic S. Martinus Episcopus Dumen-  
sis Sueuos ab Arrianismo circa añum Domini  
540. ad Ecclesiæ gremium reduxit. Ante  
quem & D. Remigius huius instituti ab in-  
eunte ætate monachus, postea Rementis Ar-  
chiepiscopus, annum circiter 530. Clodiuem  
Regem & totam Franciam ad Christianam fi-  
dem traduxit, qui & S. Leonardum sacro bap-  
tismatis fonte abluit. Quo etiam spectant  
scriptorum Ecclesiasticorum labores, in  
quorum albo post D. Gregorium Magnum  
& S. Bonifacium, & D. Rabanum, prius  
Abbatem Fuldensem & postmodum quin-  
tum D. Bonifacij in Archiepiscopatu Mo-  
guntino Successorem, qui in omnes penè sa-  
crorum Bibliorum libros doctissimè com-  
mentatus est. D. Anselmum Archiepisco-  
pum pono, tum Venerabilem Bedam, præf-  
byterum toti orbi notum, Cassiodorum, qui  
deposita senatoria apud Romanos dignita-  
te ad nostra castra concessit. Gregorium  
Turonensem, Alcuinum Caroli Magni &  
Rabani magistrum, Paulum diaconum, Petrū  
Damianum, Rubertum Tuitiensem, Nico-  
laum Panormitanum, S. Burchardum, Gra-  
tianum, & similes de quibus varij scriptores  
Ecclesiastici.

*Scriptores  
huius Ordi-  
nis*

Inter

## PRÆFATIO.

Inter doctissimos hos refero præclarum illum laborem Ioannis Niuicolenſis Abbatis qui Concordantiarum ſacrorum Bibliorum & Canonum primus eſt inuentor. Refero veſtræ Eccleſiæ Fuldenſis Fercuſum, Marianū Scotum, Strabum & infinitos alios, quorum in Chriſti Eccleſiam ſtadium & laborem veſtra in tota Germania celeberrima teſtatur Bibliotheca. Inter quos Strabus egregium ſubſidium Theologiſ præbuit, dum Gloſſam quã vocant Ordinariam, poſteritati conſecrauit. Quorum multitudinem & varietatem quàm plurimi hiftoriarum ſcriptores tradiderunt, inter quos antiquiores ſunt, Venerabilis Beda, Leo Oſtienſis, Petrus Diaconus, Philippus Bergomenſis, Faſciculus temporum, Vincentius Beluacenſis, & S. Antonius Archiepiſcopus Florentinus: Recentiores verò, D. Ioannes Tritemius Abbas, in omnibus ferè operibus ſuis, Petrus Meſſias Hiſpanus egregiam de Ordine Monaflico Benedictino laudem promeritus, in libro ſuo de vitis Imperatorum, F. Ioannes Rioche in compendio hiftoriæ Eccleſiaſticæ. D. Gilbertus Genebrardus in ſua Chronologia, & Hieronymus Platus Societatis Ieſu, de bono ſtatu Religioſi lib. 2. cap. 32. Et D. Arnoldus Vió libro 2. de ligno vitæ.

Horum omnium Eccleſiæ & Ordinis luminum, non ſecùs ac à Regina Saba factum, cum

Concordan-  
tiarum &  
Gloſſæ ordi-  
nariæ aucto-  
res.

P R Æ F A T I O .

*Auctor quā-  
do ingressus  
Ordinem*

*Occasio scri-  
bendi The-  
sauri Bibli-  
ci.*

cum singulari pietate sapientiam, doctrinam & prudentiam admiratus obstupui, & ut eorundem exemplo in rem & gazophilacium Ecclesiæ Catholicæ, necnon Bibliothecas nostras nummulum aliquem talenti mihi concrediti conferrem, adlaboravi. Hinc cum à festo S. Thomæ anno 1595. quo primum mihi monachi nomen ( quibusdam inuisum, at viris sanctitate & doctrina conspicuis in tota Ecclesia celebre) in Ordine D. Benedicti ad Sanctum Martinum Coloniae obtigit, in hoc totus fui, ne tempus id, quod absolutis diuinis officijs superest, inani & turpi otio consumerem. Rem ergo diuinæ bonitati commendans, in consultationem vocavi, & cum potissimis amicis, & non infimæ & eruditionis & auctoritatis in celeberrima Coloniensium Academia contuli, num gratum foret, in gratiam rudium concionarum breue quoddam compendium concionum ab anno 1572. per me habitatum in lucem mitterem, vel num consultius foret, si opus aggrederer plenum vigiliarum, sudoris & laboris, Theaurum puto Biblicum, ex quo Thesauro omnibus Theologis, tam ijs, quos vocant scholasticos, quam positiuis & moralibus, ac demum Parochis, Pastoribus, & ouibus noua & vetera ex solis sacris literis, quæ ad rem facerent, proponerem. Quam rem cum vtilissimam fore Reipub. censuerunt, mul-

P R Æ F A T I O.

multis apud diuinam bonitatem per me & mihi concreditos, certosq; amicos egi precibus, vt aqua sapientiæ potarer à fonte vitæ, quò & cum delectatione animæ rē hanc pienssimam conficerem, & corpus hoc quod aggrauat animam, & sensum sanctissima quæq; meditantem (vt in isto opere frequenti experientia didici) verbo diuino (quod solo pane fieri nequit) corroborarem.

Primò itaq; omnium Coloniae compendium huius Thesauri feliciter incepti, quo ordine Alphabetico causam omnē penè Theologicam, quæ ex sacris literis haberi potest, libris sacrae scripturae, capitibus & versibus tantum in quouis titulo annotatis complexus sum. Titulis verò aliquibus perfectis succursiuis horis eos ipsemet manu propria ad longum ex contextu Biblico scripsi. Verum quia animaduerti posteriorem laborem non esse vnius hominis, qui sibi ne momentum quidem vitæ polliceri potest, ne quam moram paterer in Compendio Thesauri, duos adhibui religionis meae confratres, qui, quæ Compendio concipiebam, ad longum deducebāt, ad finem penè literæ A. quoad anno 1598. 28. Martij communibus omnium meorum hinc religiosorum votis, & Venerabilis Annalis Capituli precibus, hanc hinc dignitatem sumere oportuit. In qua, quantum per otium licuit, sic in hoc negotio egi, vt 14. Februarij die S.

††

Valentini,

*Compendii  
Thesauri  
Biblici.*



P R Æ F A T I O.

Valentini, anni 1604. demptis proprijs nominibus, cum diuina gratia feliciter opus id, in quantitate iusti in folio voluminis, perfec- rim, non ego, sed gratia Dei mecum. Ceteri verò religiosi nostri cenobij in Thesauro de- ducendo, ne otium, lerna & origo malorum, atq; adeò ipsius Satanae, vt cum D. Hieronymo loquar, puluinar, vllum in hoc monasterio locum haberet, diuinis officijs peractis, ope- ram diligentem & alacrem mecum nauant, qui infra annum, vt spero, litteram P. in qua versamur, expedient. Vt verò Christianus Lector in aliquem amorem huius operis tra- hatur, & antequam totum opus id ad finem felicem describatur, corrigatur, & prælo sub- ijiatur, ex litera C. vnicum titulum decerpsi de CHRISTO, cui merito potissimas partes & primitias huius Thesauri tribuo. In quo li- cet repererim quædam ab alijs etiam pijs au- ctoribus tradita, nihil tamẽ est, quod alij non inde, vnde & ego sumpsi, id est ex ipso sacra- rum literarum diuino scrutinio, desumpse- rint. In hoc enim non affectato aut exquisi- to, sed simplici stylo nihil scimus, nisi I E- SVM CHRISTVM & hunc crucifixum, quem licet viuum secundò B. Maria Mag- dalena vnxisset, vita nihilominus functum inunxit cum Iosepho ab Arimathæa Ni- codemus, adhibitis libris myrrhæ & aloës centum. Eundem in sepulchro conditum, summo

*Ratio libri  
de Christo  
editi*

*Ioannis 19.  
39.*

PRÆFATIO.

summo pretio comparatis aromatibus, & fœ-  
rè ijsdem, tres pientissimæ mulieres iterum  
iterumq; condire voluerunt. Quis mihi det,  
inquit, cornuta facie Moyses, vt omnis *Num. 11.*  
populus prophetet? & vas electionis D. Pau- 29.  
lus: Dum omni modo siue per occasionem  
siue per veritatem Christus annuncietur, in *Phil. 1. 18.*  
hoc gaudeo, sed & gaudebo.

Auream ergo hanc Christianorum Gem-  
mam, quam ita ob dignitatem eius, de quo  
agitur inscribere libuit, sub tui celeberrimi  
nominis tutela typis subiectam, Reuerendis-  
sime Domine, Princeps Illustrissime tibi con-  
secrandam & dedicandam esse censui, pignus  
perpetui in T. Celsitudinem amoris & obser-  
uantix. Quo iure verò id fecerim, quæ rati-  
one de tali mihi patrono gratularer, multis  
rationibus perstringerem, nisi & tibi non  
vulgarium sed Heroicarum & maximarum  
virtutum, laudes permolestum esset audire,  
& meæ personæ dignum coram & in os lau-  
dare. Istæ enim te ad dignitatis illud culmen  
euexerunt & in camino summarum aduersi-  
tatum, magis quam alij depresserant (si ta-  
men virtus deprimi potest) ad sempiter-  
nam nominis, familiæ, Ordinis & dignita-  
tis tuæ memoriam extulerunt. Ad quæ  
virtutum tuarum ornâmenta accedit quod  
te per Germaniam & Galliam Primatem  
in numero nostrorum Abbatum agnoscimus:  
quam

quam

PRÆFATIO.

quam Antistitis dignitatem & pietate & specie ipsa corporis tueris, magis autem cum regulam Sanctissimi Patris nostri Benedicti cum variorum doctissimis commentarijs tuis expensis ad religiosam disciplinam stabiliendam, ante annos viginti nouem prælo subijci præcepisti. Accedit, quod eo loco rerum potiris, vnde quasi ex equo Troiano prima Christianæ fidei pietas, vt ex superioribus patet, ad ceteras Germaniæ partes, per D. Bonifacium & Rabanum, cuius libri cæterorum auctorum libros & numero & vtilitate superarunt, vtrumq; quoq; Archiepiscopum Moguntinum percrebuit primusq; fuerit D. Bonifacius, qui Ordinem D. Benedicti sub congregatione Fuldensi in Germaniæ partibus collegit, vt & Tritemius & Arnoldus Vion testes sunt.

Ne verò Christianæ fidei radices, tanto sudore & cruore pientissimorum prædecessorum in Buchonica ista natione iactæ, vlla ratione vel suffocarentur vel euellerentur, non ex alienis sed proprijs redivis Gymnasium illud celeberrimum Patrum Societatis IESV tum ad iuuentutis, tum ad subditorum animos rectius in fide Catholica formandos, constituiti. Vnde & in hisce & remotioribus partibus fulcra quædam Catholicæ religionis prodierunt. Quo enim argumento Benedictinæ familiæ proceres & ceteri viri principes diuina

P R Æ F A T I O .

næ prædestinationis & cælestis vocationis gratiam certiores reddere possunt, quàm in religiosorum Monasteriorum, Cænobiorum, Collegiorum, & sacrorum contuberniorum, in quibus vel continua Dei laus, vel doctrinæ & pietatis studia vigeant, liberali fundatione? hoc est, ut qui ea loca erigunt, & pro quibus eriguntur, qui metunt & seminant, simul gaudeant & cælesti beatitudine perfruantur.

Habes præterea, prædecessorum dissimulatione, intra mœnia ciuitatis Fulden-  
sis gentem absq; consilio, & ut Moyses ait, sine prudentia, gentem incircumcisam auribus, *Dent. 32. 28.*  
& ut D. Stephanus loquitur, dura ceruice & facie, gentem indomabili, ut cum Deo apud *Act. 7. 51.*  
Ezechielem querar, corde, domum puta & synagogam Iudæorum exasperantem, cum qua *Ezech. 2. 3. 4. 6.*  
mihi sæpius in Sabbatho, dum Fuldæ agerem temporibus Rabbi David, de Christo vnico assertore nostro in synagoga disceptatio fuit, qui ut ad fidem Christi pertrahantur, primus huius Auræ Gémæ liber diuinitatē eius tradit, sex reliqui quomodo figuris & prophetijs de Messia ab incarnatione vsq; ad resurrectionem & ascensionem veritas Euangelica respondeat, edocent: ita ut necesse sit, ut aut Iudæi nobis Christum sepultum & ab illis sigillo & custodijs adhibitis consignatum, reddant, aut resurgentem nobiscum adorent.

Accipe ergo, Reuerendissime Præsul, ab humili

†† ; mili

*P R A E F A T I O.*

mili Abbate, Abbatis, id est, Patris Illustrissimi  
affectu, quicquid in his libris posui, laboris &  
& sudoris, qui vtinam reipublicæ profint, &  
tuo nomini amplissimo non indigni habeantur.  
DEVS Optimus Maximus, Celsitudinem tuam,  
ditioni, Ordini, toti; Ecclesiæ quamdiu seruet  
incolumem & superstitem. Datum Paderbornæ ex  
Abbatia nostra SS. Petri & Pauli Apostolorum  
Abdinkhouensis, Anno 1604. 21. Martij, quæ dies S.  
Benedicto nostro fuit sacra natalis.

\* \* \*

*T. Reuerendissima & illustrissima  
Celsitudinis*

*Observantissimus*

*LEONARDVS Abbas Abdinkhouensis S. Vnionis  
Bursfeldensis presidens, SS. Theol. Licent.*

*INDEX*